

LIBER

memoratur peruagantes in agris habuisse ardores, uidetur esse certum ab ignis uehementia ex topho terraq; (quemadmodum in fornacibus & à calce) ita ex his ereptum esse liquorem. Igitur dissimilibus & disparibus rebus correptis et in unã potestatem collatis calida humoris ieiunitas aqua repente satiata communibus corporibus latenti calore conferuescat, & uehementer efficit ea coire, celeriterq; unã soliditatis percipere uirtutem. Relinquetur desideratio, quoniam ita sunt in etruria ex aqua calida crebri fontes, quã ita, non etiam ibi nascitur puluis, è quo eadem ratione sub aqua structura solidefcit: Itaq; uisum est ante quã desideraretur de his rebus quemadmodum esse uideantur exponere, Omnibus locis & regionibus non eadem genera terræ, nec lapides nascuntur, sed nõ, nulla sunt terrosa, alia sabulosa, itẽq; glareosa, aliis locis arenosa, nec minus aliis diuersa & omnino, dissimili dispariq; genere, ut in regionum uarietatibus qualitates insunt in terra. Maxime autem id licet considerare, quã qua nõs apenninus regiones italiæ etruriæq; circũcingit, prope omnibus locis nõ desunt fossitia arenaria, trans Apenninum uero quæ pars est ad adriaticum mare, nulla inueniuntur, item achata, asia & omnino transmare ne nominatur quæ dẽ. Igitur nõ in omnibus locis quibus efferuent aquæ calidæ crebri fontes, eadem opportunitates possunt similiter concurrere. Sed omnia uti natura rerum constituit, nõ ad uoluntatem hominum sed fortuito disparata procreantur. Ergo quibus locis non sunt terrosi montes, sed dispositæ materiæ qualitatem habentes.

Etruria
La toscana